

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Capellanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

Campiano Iesuitæ martyrizato in Anglia , & tulisse secum linteamen intinctum sanguine illius , quando fuit decollatus, pro reliquia ipsius.

Tertiò, licitum est fundere preces, & vota , & affigere miracula circa sepulchra Sanctorum , etiam non canonizatorum, Viguer. tract. de tract. si. c. 10. §. 3. vers 15.

Quarto , miracula vero quando Episcopus debeat cognoscere , & an aliquando sint gratiae, potius quam miracula, vide inferius in ver. miraculum.

CAPELLANUS,

Pro mercede Capell. sufficiunt quinquaginta aurei, ita sac. Cong. decl. 206. in meis. sed in constituenta mercede in servientibus aliis beneficiis curatis, observari debent decreta Concil. Trid. eadem sac. Congr. declar. 207. & est videtur sac. Conc. sess. 7. sess. 21 capitulo primo, de reform.

CAPELLANIA.

Primo, potest fundari Capellanía, absque auctoritate Ordinarij , sed non dicetur beneficium ecclesiasticum, c. cum dilectus, de jure patron.

Secundò, in ea Capellanus potest ponî ab ipso fundatore, vel ejus hæreditibus absque Ordinarij institutione, licet non sine ejus approbatione, prout dictum est in ver. beneficium , §. 1. ver. ad dignitates, concl. 14. & ista non cadit sub spolio durante vocatione , donec fundator, seu illius heredes alium sacer-

dotem sufficerint pro Missarū celebrazione, quia non dicitur esse beneficium ecclesiasticum, quando non est fundata auctoritate Ordinarij , & habeat quatuor illas conditiones, quas ponit Selua 1.p. q. 1. n. 8. & q. 3. n. 10. ubi dicit, quod capellanæ , seu altaria ubi Missæ celebrantur, tunc dicuntur beneficia, quando sunt fundata auctoritate Episc. nemo , de consec. dist. 1. & gl. in Clem. 2. de decim. Gom. in q. 20. de ann. poss. ubi dicit quod altaria pro quib. officiandis dantur stipendia annua , & non dantur in titulum, non sunt beneficia, Selva prima parte, q. 6. num. ult.

Tertiò, Capellani, qui in certis Ecclesiis ad nutum removibiles , quibus capellanæ non dantur, sed datur eis pro labore certum stipendum in anno in pecunia , sine aliquo alio possunt testari, & consequenter non faciunt stipendium, Gem. in. c. fin. vers. & idem gl. de offic. ordin. lib. 6.

Quarto , idem dicendum de quibusdam sacerdotibus, qui convenienter in quibusdam consortiis, sive confraternitis vel universitatibus, in certis diebus ad cantandas quasdam missas, pro quibus habent quasdam possessiones, ex quibus datur certum quid cuiuscunque illorum, Gem. loc. cit. vers. per præmissa.

CLAUSULA.

Clausula (omni meliori modo) quæ vulgo inferitur in libellis, comparationibus, & aliis replicacionibus, si apponitur sine copulativa, & operatur circa expressa tantum, sed si dicatur, & omni meliori modo, tunc opera-